



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 85. Facultatis Theologicæ Parisiensis animadversio in hosce libellos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

cultate examinari, ac verbo & prædi-
 catione tam privatim quam publice
 confutari iussit. Sæc. XVII.
A. C. 1625.

§. LXXXV.

*Facultatis Theologicæ Parisiensis ani-
 madversio in hosce libellos.*

Igitur Parisina Facultas Theologica die *Argentor. l. e.*
 vigesima sexta Novembris comitia
 habuit, ut in hosce animadverteret li-
 bellos famosos, ex quorum Lectione
 Christianus populus ab obedientia Regi
 debita distrahi, & ad seditionem com-
 moveri potuisset; eapropter nefandos
 hosce turbidi ingenii partus octo Facul-
 tatis Doctoribus exacte discutiendos
 commisit, injunxitque, ut in proximis
 comitiis suum de iisdem iudicium pro-
 ferrent, ac postea seditiosæ propositio-
 nes in illis contentæ censuris perstringi
 possent.

§. LXXXVI.

*Propositiones ex hisce libellis
 extractæ.*

Præfati itaque hi Doctores utrumque *Argentor. l. e.*
 hunc libellum sedulo ac mature per-
 voverunt, ac sequentes ex iis proposi-
 tiones extraxerunt, & quidem I. Ro-
 manum Pontificem de Valtelina, de
 R 5 redu-